

Bulla Secūde Sessionis sacrosancti Con-
cilij Lateranenſis approbans ⁊ renouans da-
nationem ⁊ reprobationem Pisani Conci-
liabuli: ⁊ annullans omnia ⁊ singula in illo
gesta ⁊ gerenda: celebrata die .xvij. Maij.
Anno. M. d. xij.



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

Bulla Secūde Sessionis sacrosancti Con-
cilij Lateranen̄ approbans ⁊ renouans dā-
nationem ⁊ reprobationem ꝑꝑriani Conci-
liabuli : ⁊ annullans omnia ⁊ singula in illo
gesta ⁊ gerenda : celebrate die .x vij. Maij .
Anno .M. d. xij.



Apostolice potestatis plenitudine per diuersas nostras litteras respectiue/presertim sub Dat[Quinto] decimo Kal[Augusti] Pontificatus n[ostri] Anno Octauo/ac Tertio Non[is] Decembris & Idibus Aprilis eiusdem Pontificatus Anno Nono editas factas & emanatas / litterasq[ue] ipsas cum decretis declarationibus inhibitionibus mandatis hortationibus monitionibus interdictor[um] ecclesiasticorum appositionibus & aliis sententiis censuris & penis tam a canonicis sanctionibus/q[ua]m a nobis maxime in litteris indictionis huius sacri uniuersalis Concilii / ac omnibus & singulis aliis clausulis in dictis litteris contentis: quae tenores ac si de uerbo ad uerbum p[re]sentibus insererentur pro expressis haberi uolumus / licet ut firma & ualida nulla alia confirmatione aut approbatione egerent / ad abundantio rem cautelam & ueritatis manifestationem/hoc sacro approbante Concilio confirmamus approbamus & innouamus/ illaq[ue] inuiolabiliter obseruari uolumus statuimus & ordinamus / supplentes omnes & singulos defectus si qui forsitan interuenerint in eisdem. Necno[n] Conciliabulum prefatum/illiusq[ue] translationem/ac omnia & singula per ipsum Conciliabulum/illi[us]q[ue] assistentes adherentes fautores & consentientes directe uel indirecte quomodocumq[ue] & qualitercumq[ue] a die indictionis ipsius Conciliabuli usq[ue] in presentem diem acta facta gesta & prolata/ac impostera[m] gerenda agenda facienda

& proferenda etiam si talia sint uel fuerint de quibus specialis specifica expressa ac indiuidua mentio habenda foret/illo[rum] tenores & qualitates etiam pro expressis habentes / ut alia adulterina & a ueritate deuiantia Concilia/& in eis gesta/a iure sacrisq[ue] Canonibus damnata & reprobata fuerunt/damnamus & reprobamus: ac prout sunt nulla irrita & inania nulliusq[ue] roboris uel momenti fuisse & esse nuntiamus/& quatinus opus sit cassamus irritamus & annullamus/ac pro cassis irritis & annullatis haberi uolumus. Et nihilominus hoc sacrum Concilium Eo[m]enicum iuste rationabiliter ac ex ueris & legitimis causis riteq[ue] & recte indictum celebrari inceptum/omniaq[ue] & singula que in eo facta & gesta sunt & de cetero fient ac gerentur iusta rationabilia firma & ualida fore: ac idem robur eandemq[ue] uim potestatem auctoritatem & firmitatem habere & obtinere que alia Concilia generalia presertim Lateranensia a sacris Canonibus approbata habent & obtinent/hoc eodem sacro Concilio approbante decernimus & declaramus. Insuperq[ue] tempor[um] dispositione: estiuisq[ue] caloribus instantibus: ut comoditati & ualitudini Prelator[um] consulatur: Ultramontaniq[ue] & transmare existentes: qui hactenus ad hoc sacrum Concilium uenire non potuerunt expectentur: propterq[ue] alias iustas & rationabiles causas prefato sacro Concilio notas & ab eo approbatas: Tertiam Sessionem conuoca

tionis celebrationis Cōcilii prefati Tertio Noñ No.
uēbris pxime futuri faciēdā : hoc p̄fato sacro Cōcilio
s̄l̄r approbāte indicimus: Oibusq; & singulis Prela-
tis & aliis in eodē Cōcilio tūc existētibus a Ro. Cu.
recedendi & pro eorū uolūtate ubi eis placuerit mo-
rādi: dūmodo dicta Tertio Noñ Nouēbris in p̄fato
Cōcilio Lateraneñ cessante legitimo impedimento:
de quo clare cōstet: sub penarū in l̄ris indictiōis ip̄ius
Cōcilii & Canonicis sanctionibus cōtra nō acceden-
tes ad Cōcilia indictarū incursum/ p̄ntes existāt: licētā
& facultatē: p̄fato sacro Cōcilio etiā approbāte cōce-
dimus & indulgemus. Nulli ergo omnino hominū
liceat hāc paginā n̄re cōfirmationis approbatōnis
innouationis statuti ordinationis suppletionis dam-
nationis reprobationis nuntiationis cassationis irri-
tationis annulationis uoluntatis decreti declaratio-
nis indictiōnis cōcessionis & indulti infringere/ uel
ei ausu temerario cōtraire. Si qs aut hoc attēptare p̄-
sumpserit indignationē oīpotentis dei ac beatorū Pe-
tri & Pauli Ap̄torū eius se nouerit incursum. Datū
Rome in publica Sessione in Lateraneñ sacrosan-
cta Basilica solēniter celebrata/ Anno incarnationis
dominice. M. D. XII. Sextodecimo kal. Iunii: Ponti-
ficatus n̄ri Anno Nono.

Balthasar Tuerdus.

Ia. Questenberg.

ANno a Natiuitate dñi. M. D. XII. Indictione
Quintadecima Die uero. XXIII. mēsis Maii.
Pontificatus Sanctissimi in xpo patris & dñi nostri
dñi Iulii diuina prouidentia Pape. II. Anno Nono:
p̄ntes retroscripte l̄re Ap̄lice prefati Sanctissimi dñi
nostri Pape fuerunt affixe lecte & publicate in La-
teraneñ & Principis Ap̄torū de Vrbe Basilicā/ac Cā-
cellarie Ap̄lice ualuis seu portis / atq; in acie Campi
flore per nos Cursores hic subscriptos uidelicet per
me Euerardū du Viuier p̄fati Sanctissimi dñi nostri
Pape & Romanū Cu. Cursorem.
Ita est Petrus Coma Cursor.